

torquib. armi[l]lis phaleris coronis | muralibus III vallari|bus II aurea I hastis | puris V vexillis II, | Sex. Vibius Cocce|ianus patrono | benemerenti.  
*(In lateribus sculpta sunt dona militaria, singulisque adscriptum quid essent, tam Latine, quam Graece, sed eae inscriptiunculae pleraque legi non potuerunt. In postica eques, et barbari prostrati.)*

*Amastris in Ponto (III 454. III S. 6984 descr. Cyriacus et nuper G. Hirschfeld).*  
— 1) *Cf. N. 2647 not. 1.*

**2664** M. Apicio T. f. | Cam. Tironi | p. p. leg. XXII Primig. p. f., | praef. leg. XIII Gem.<sup>1</sup>, | γ leg. XV Apollin., evoc.<sup>2</sup> | a comment. cust., optioni | evoc., salar. curat. ab indicib.<sup>3</sup>, | patron. mun. Raven., | pontif.

*Ravennae (XI 19 vidit Bormann).* — 1) *Mirum, munus praefecture legionis enumerari inter primipilatum et alium centurionatum.* — 2) *Videtur Tiro primum militavisse inter praetorianos et postea factus esse evocatus.* — 3) *De his muneribus, quibus Tiro evocatus functus esse putandus est, dixit Mommsen eph. ep. 5 p. 448 (cf. etiam supra N. 2450).*

**2665** C. Statius C. f. | Serg. Celsus | evoc. Aug., donis | donatus bis corona | aurea torquibus | phaleris armillis | ob triumphos belli | Dacici<sup>1</sup> ab imp. Caesa|re Nerva Traiano Aug. | Germ. Dac. Parthico | optimo, γ leg. VII Geminae | in Hispania, t. p. i. et epulo | dedicavit.

*Risinii (Risanio) in Dalmatia (III 6559 cf. III S. p. 1491 vidit Hirschfeld).* — 1) *A. 102 et 107.*

**2666** Sex. Aetrio S[ex. f.] | Ouf. Feroci | centurioni leg. II | Traianae fortis; | huic primo omnium ex cornicul. | praef. [v]igil. | imp. Caesar Antoninus Aug. | Pius p. p. | ordinem<sup>1</sup> Alexandriae<sup>2</sup> dedit, | quod per | gradus militiae suae tam | industrie se administraverit, | dec. dec. et consensu plebis | ob merita eius. | Hic dedicatione statuae | municipibus | et incolis utriusq. sexus | epulum et HS IIII n. dedit.

**2666<sup>a</sup>** T. Hoenio Severo M. Peducae Priscino cos.<sup>3</sup> | VI k. Dec., decr[e]t(um) decur(ioum): |

Quod C. Caesius Silvester pr(im)i p(ilaris) v(erba) f(ecit), Aetrium | Ferocem centur(ionem) leg(ionis) II Traian(ae) fortis per incremen|ta gradus militiae suae tam singulis quam rei p(ublicae) n(ostrae) | quotiens necesse fuit multum praestitisse, proxime quoque petitioni nostrae ab optimo | maximoque principe Antonino Aug(usto) Pio | vectigal viae silici<sup>4</sup> stratae ita in|stitisse ut mature impetraretur<sup>5</sup>, et | impendis urbicis res|p(ublica) beneficio eius | relevaretur, et optimus imp(erator) n(oster) ex | corniculario praefecti vigulum primo | ei omnium ordinem Alexandriae | dederit, debere nos itaq(ue) ei statuam | pedestrem secus merita eius | decernere, q(uid) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) referente | L. Vario Fermo IIII vir(o), censente<sup>6</sup> C. | Cluvio Sabino, ita cens(uerunt): placere uni|versis consensu plebis | Aetrio Feroci γ secus merita | eius statuam ubi ipse desiderave|rit quam primum poni. Cens(uerunt).